



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Cap. XII. Neglectus divini officii, proprii in spiritu protectus, & curæ
animarum, ad æternam mortem condemnat Ecclesiasticos

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

das non expergiscitur, ut se emendet, non dormit, sed mortuus est.

Caput Dnodecimum.

Neglectus divini officii, proprii in spiritu profectus, & cura animarum, ad aeternam mortem condemnat Ecclesiasticos.

Innumerabiles sunt recalcitrantis humani genii prævaricationes, scelera multiplicia, immensa peccata, aut inter hæc omnia (ex sensu S. Joannis Chrysostomi) nulla graviora, nulla Dei iram magis irritantia, quam illa, quæ ab impiis Sacerdotibus committuntur, qui dum honorem Dei promovere, ac sanctæ Ecclesiæ dignitatē ac respectū tueri, ac augere deberent, conformiter ipsorū vocationi, illum prostituunt, hanc inordinatā conspurcant: *Nullare Deus magis offenditur, quam quod indigni, & peccatores Sacerdotes, dignitate præfulgeant. Hom. 14. in Mat.* Si culpæ correspondeat, ac æquetur pœna, (uti decet & debet) quis mirabitur, si nos præ reliquis aliis severius judicemur, acrius puniamur? *In judicio Dei, ignis aeterni tormenta sustinebit, qui Ecclesiastica*

fastica decreta neglexerit, monet serio S. Cle-
mens Papa, Ep. 1. estq; proinde in ministris sacris
peccatū gravissimū, neglectus punctualis ob-
servantiae eorum, quæ ad munus eorum spe-
ctant. Cum autem dormirent homines, venit
inimicus homo, & super seminavit zizania in
medio tritici, Matth. 13. v. 25. quam primū dor-
miunt agricolæ, statim Dæmon vigilat, estq;
paratus, ut bona semina zizanijs, lolioq; per-
misceat; ita quoque mox, ut sacerdotes, de-
stinati à magno, ac supremo Patrefamilias o-
perarii, ac custodes suæ vineæ, S. Ecclesiæ, lan-
gescere incipiunt, ac dormire, quæ primū
desidiosæ se dare quieti, curam sibi
commissam aut obiter, ac perfunctorie, per-
gere planeve negligere incipiunt, ac pernicio-
sa dissimulatione oculos quasi claudunt, &
in tenebris adest Dæmon, introducitque abusus,
seminat corruptelas, ac quævis bene facta con-
fundit: Hæc ratio est, cur in horto dormi-
entibus omnibus, solus Petrus speciale in re-
tulerit reprehensionem: Simon dormis? ut
intelligamus, quod, qui à Christo destinati
sunt gregis sui pastores, qualis erat Petrus, non
debeant sese dedere, aut mancipare inerti otio,
aut desidii pigritiæ. S. Ambrosius super illa Di-
vi Pauli verba, 1. Rom. 12. Sollicitudine non pigri,
addit alia Jeremiæ Prophetæ, qui dicit; Male-
dixit

licitus, qui facit opus Dei fraudulentè, quod ille legit, negligentè; & alibi scribit: idem in Ps. 118. Piger enim in conversatione Divina sine spe est. Formidabilius autem in alio loco in-
clamat; *Negligentes Deus deserere consuevit.*

Res valde iniqua ac præpostera est, quod ubi mundani homines pro suis delictis, ac excessibus, per nos, nostrasque orationes divini numen repropitiare volunt, ad quod non solum ex lege Charitatis, sed etiam justitiæ obligamur, ipsimet per peccata nostra in Dei reperiatur disgratia, cujus divinam justitiam, sceleribus ac negligentis nostris exacerbavimus, quis ergo erit, qui se interponet, quis offensum placabit Deum? Fuit hoc argumentum Heli, dum ob sacri ministerii profanationem, suos reprehendit filios: *Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus, si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Si peccaverit populus, orabit pro eo Sacerdos* (inquit S. Augustinus in Ps. 36) *Si autem Sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?* Fecerant filii Heli, prout omnibus notum est, pessima quæque, quæ à perversis sacrilegisque Sacerdotibus accidere solent, de quibus scripsit Oleaster in caput 20. Numerorum: *Mirum valde est non posse Sacerdotem Deum, quem omnibus aliis placabat, sibi propitiæ reddere; quæ tu Sa-*
ccrdos

1151

1152

1153

*cerdos quæso expende, ut scias quanto difficilius
 Sacerdotibus, quam aliis Dominus peccata con-
 donet. Verè formidabilis est revelatio ista à
 Christo facta S. Brigittæ, Lib. 1. c. 47. ex qua e-
 ruere possumus, clarèque intelligere, quam
 Deo sit abominabilis pravorum Sacerdotum
 oratio: Nunc dico tibi iudicium eorum; hor-
 rum iudicium est maledictio: Maledictus sit ci-
 bus & potus eorum, qui intrat in os eorum, qui
 pascit corpus in cibum vermium, & animam
 ad infernum: Maledictum sit corpus eorum
 quod resurgit in inferno, sine fine arsurum. Pos-
 sumusne credere, tanta maledictionum plas-
 tra fuisse exaudita? Observo, Apostolum
 scribendo Hebræis, cap. 7. v. 7. dixisse, Chri-
 stum orantem in Golgotha, exauditum fuisse
 à suo æterno Patre: Cum clamore valido &
 lacrymis exauditus est pro sua reverentia.
 Hisce omnibus, atq; primâ suâ supplicâ, quam
 porrexit, veniam petivit pro iis qui morti opus
 crucisq; patibulo condemnaverant, & legem
 pro motivo, non enim sciunt quid faciunt,
 nec tamen accepit rescriptum, responsurum
 propitium, siquidem populus ille in personam
 huius sui delicti abductus est in servitutem, de-
 speratusque per omnes totius orbis nationes
 cunctorum irrisui ludibrioq; expositus, ac
 majori parte exterminatus. Ratio huius po-*

test reddi, quia summi Sacerdotes concitave-
rant contra illum populum, sapiusque suis in
conciliabilis mortem ipsi machinati fuerant,
idque non per ignorantiam, prout in alio lo-
co manifestat ipsemet Christus: *Ioan. 25. v. 22.*
Si non venissem & locutus fuisset eis, peccatum
non haberent. nunc autem excusationem non ha-
bent de peccato suo. Quia ergo peccaverant
ex mera, pura que malitia, facti sunt inexcusa-
biles, indignique, pro quibus Christi preces, li-
cet profusis lachrymis oblatae, pro illorum ve-
nia ac remissione, ab æterno Patre accepta-
rentur.

Unum aliud motivum, ad nos ad diligen-
tiam, in muneribus nostris ac functionibus
excitandum, est bene considerare, accuratè
que perpendere, quod coram inappellabili
strictissimoq; æterni Judicis tribunali, non so-
lum de nostris, sed etiam de omnibus aliis,
quæ culpâ nostrâ perierunt, animabus, rigi-
dam exactamque rationem sumus reddituri:
Quid miseris illis dixeris, qui se conjiciunt in
tantam abyssum suppliciorum? (deplorat S.
Chrysostomus, *Hom. 34. ad Hebr.*) *Omni-um,*
quos regis, virorum ac mulierum, & puerorum,
à te reddenda est ratio. Tanto igni caput tu-
um subjicis? Miror an fieri possit, an aliquis ex
rektoribus sit salvus; Nonne magna, nonne tre-
menda

menda sunt hæc, quæ à tam sancto, tam docto, tam experto viro, quique in Ecclesia plenam fidem facit, dicuntur? Et illud ipsum quoque confirmatur à sancto Isidoro *(lib. 3. sentent. Pro populorum iniquitate damnantur)* (loquitur de sacerdotibus, & in particulari de iis, qui curam habent animarum) *si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccatores non corrigant, testante Domino apud Prophetam: Speculatorem dedi te domui Israel: Si non fueris locutus, ut se custodiat impius à suis mala; ille in iniquitate sua morietur. Sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Plures ut se subtrahant labori ac molestiæ, quam habet annexa cura animarum, unum alium substituunt, quem pro tali officio capacem idoneumque judicant, verùm non reflectunt se ad gravissima verba, pronuntiata ab illo, qui severissimus iudex noster futurus est: *De manu tua sanguinem eorum requiram.* Oza etiam subtraxit se labori portandi supra proprios humeros Arcam commisitque ferendam duobus juvenis, sed quia contigit: *Calcitrabant boves, bos quippe lapsus inclinat eam, fuitque hoc modo ob imperitiam ac ferociam indomitorum bouum in vicinissimo lapsus periculo; nihilominus tamen, non super petulca animalia, sed super*

pra Ozam repentina de cælo supervenit
pœna, dum subitanea, morte extinctus
est, unde dicit S. Hieronymus; *Ep. 48. ad sab.*
Oza Levites Arcam Domini, quam portare
ipse debuerat, quasi ruentem sustentare voluit,
& percussus est; ut intelligamus, quod si fortè
per Ministros substitutos, licentiosos, igno-
rantes, sua comoda quærentes, laboris ac cu-
rarum impatientes, periclitentur animæ, fulmi-
naturum nihilominus Deum supra Rectores
iplos, principales ac primarios, gravissimas
pœnas suas. Obstupuit olim S. Augustinus,
lib. 50. hom. 7. videns jubilum ac lætitiã ali-
cujus, qui ad curam animarum erat promo-
tus, eique dixit: *In gravi periculo esse cogno-*
scitis, si enim pro se unusquisque in die judicii
vix poterit rationem reddere, quid de sacerdo-
tibus futurum est, à quibus sunt omnium ani-
mæ requirende? Quis insanum aut mente
captum non judicaret illum, simulque ei o-
ptimo cum fundamento prædicere ac pro-
gnosticare posset mortem miserrimam tetro
in carcere obeundam, qui lætus ac festivus
congratulationes reciperet, eo quod spo-
pondisset, fidemque suam interposuisset,
pro mille, decies mille personis, etiam pro in-
tegro populo, circa quas omnes & singu-
las, debito suo muneri, ac obligationi
vel-

veller satisfacere? Sane hujuscemodi est
 sponsio ac fidejussio illius, qui in se sumit cu-
 ram animarum, proindeque temeritatem illa-
 lam detestatur S. Gregorius, sequentibus ver-
 bis: *Hem. 10. in Ezechiel. cap. 13. Super ea mala
 que propria habemus, alienas mortes addimus,
 quia tot occidimus, quot ad mortem ire quorundam
 tepidi & jacentes videmus.*

Præter hæc observanda est doctrina aliqua
 maximè necessaria, ac punctum aliquod
 summi momenti, in quo cespitaverunt in-
 terdum aliqui, gravissimèque hallucinati
 sunt, qui sibi probi ac virtuosi esse videban-
 tur, estque hoc, quod non sufficiat, esse exem-
 plarem, orationi deditum, solitudinis amo-
 rem, abstractum à proprio commodo, humi-
 lem, continentem, sobrium, si alias per inca-
 riam aut negligentiam pereant animæ, cum
 alicujus aut gubernationi commissæ; hoc
 cit S. Prosper: *Lib. I. c. 20. de vit. contem. pl. Certum
 quod ei sua justitia nihil suffragatur, de cujus
 manu anima pereuntis exigitur. Illi, cui dispo-
 satio verbi commissæ est, etiamsi sanctè vivat,
 tamen perditè viventes arguere, aut erubescere
 aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente per-
 runt, perit; & quid ei proderit non punit
 suo, si puniendus est alieno peccato? Hanc eti-
 dem plane doctrinam prædicat S. Joannes
 Chrysostomus.*

Chrysostomus: Hom. 86. Turrem tuam curas,
quam si bene ordinaveris, nulla tibi alia sollici-
tudo impendet: Sacerdos si vitam suam dispo-
suerit, tuam autem non diligenter curaverit, cum
impiis in gehennam detrudetur, & non nunquam,
non suis actionibus, sed tuis damnatur, nisi omnia,
que ad te spectant, efficiat.

Caput Decimum Tertium.

Detestabilis est Ecclesiasticorum ignoran-
tia, hinc demonstratur summe illis
esse necessariam scientiam
sacram.

Lamentabatur olim, acerbèq; deplorabat
S. Laurentius Justinianus de spir. anima inter.
Ecclesiasticorum ignorantiam, tanquam sum-
mè propudiosam S. Ecclesiæ: Nonne Ecclesia
quoddam est dedecus, inscium videre Presbyte-
rum, cui utiq; congruit erudire populum, & ad se
confluentibus monita propinare salutis? Quæ
autem major deformitas quàm videre in Eccle-
sia sacerdotem, occupantem locum Magistri
ac Doctoris in populo, qui tamen totus igno-
rans est? Tam necessaria sacerdoti est sacra
doctrina, ut S. Hieronymus in cap. 2. Aggai, ta-
lem sacerdotis nomine indignum iudicet,
qui illa caret: Si sacerdos est, sciat legem
Demi-

S